Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1245
Quelle:
Copyright:

jam *Tritbemius*, et post hunc alii dixere. Jam alias hic Commentarius relatus est.

DXLVII.

U. 115 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 158. 4. currente calamo, sed diversa manu exaratus, multumque ab situ et humore passus continet I. Lecturam in *Librum* IV. *Sententiarum* hujus initii: *Samaritanus vulnerato appropinquans. liber 4tus. Postquam in precedentibus libris determinauit de rebus* &c.

II. *fol.* 84. succedit Tractatus *de Sacramentis* in genere et specie, absque inscriptione, sed hoc initio: *Primo queritur de diffinicione sacramenti, quando dicitur, sacramentum est sacre rei signum, an sit bona* &c. Qui Tractatum hunc tanquam Dubia et Quaesita in Lecturam praecedentem respiciet, non habebit me contrarium. Ejus extrema in mucum abiere.

DXLVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 498 ineuntis, nunc Folior. 236. f. per duas columnas probe scriptus et minio distinctus habet Sequentia: I. *Quaestiones in Librum IV. Sententiar. Petri Lombardi*, quarum tamen deperditum est Principium. Ultima Quaestio est: *Vtrum pena purgatorij infligatur animabus ibi existentibus per ministerium demonum?* Quod negatur.

II. *fol.* 70. p. 2. sequuntur *Cantica Salomonis* versibus latine et teutonice alternantibus, et Teutonica quidem aevo Codicis scripti vetustiora sunt. Ineunt: *Er chüst mich mit chusse seines mundes Wenn dein prüste sind pezzer denn der wein paz riechünde den die pesten salben. Dein nam ist ein awsgegossens öl darumb habent dich lieb gehabt die iungen maydlein. Zeuch mich nach dir so werd wir lauffen in deinen rukch deiner salben.* &c. En Glossariolum:

Laetabimur. *Werden gamayd sein.*
Tabernacula. *Czell.*
Vagari. *Geczweiuerten.*
Pastorum. *Herter.*
Turturis. *Gurtel-* et *Gurteltauben.* An a *Girren?* An a *Gurt?*
Monilia. *Mirspan. Furspang.*
Tigna. *Gesperren.*
Fulcite me. *Stiuelt mich.*
Laeva. *Tenke hant.*
Apparuerunt. *Haben sich geaugent.*
In foraminibus. *In den luegern.*
Maceria. *Mawr an chalich.*
Cubiculum. *Slafgaden.*
Virgula. *Virgel.*
Ferculum. *Ezzenhaws.*
Sterilis. *Ein galtes.*
Labia. *Lebs.*
Cum Propugnaculis. *Mit erkeren.*
Montibus pardorum. *Pergen der liebharten.*
Pulsantis. *Chlochende.*
Qualis, talis. *Wie getan, so getan.*
Confitae a pigmentariis. *Gephalczet von den chlareten.*
Concubinae. *Slaffrawen.*
Terribilis. *Frayssam.*